



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetii, 1607

Quaestio 1. De conditione Inquisitoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Tertia pars Directorij

534

Ritus cōbu-
rendi statuas
in hoc crimi-
ne quādo cō-
perit.

*Quando cōperit hæc laudabilis consuetudo cōbu-
rendi statuas reorū absentionis, qui ob contumaciam
dāvantur in hoc crimine, incertum est mibi. cederē
tamen rem ēst non valde antiqua; cum nec Eymeri-
cus, qui dīligentissimē cūcta ad praxim spēctatia in
in hoc criminis complexus est, nec alijs ex veteribus,
qui de ordine procedendi contr. hereticos scripserūt
(quod ego legerim) huius consuetudinis incimererint:
nec in codice illo Vaticano, nec in illo Illustissimi
Card. S. Leti, vbi plurima sunt, etiam minutissima
de ordine iudicandi, ac puniendo hereticos, aliquid
reveritus huius consuetudinis vestigium: res tamen
est valde laudabilis, & apicissima ad incitandum ti-
morem, & propterea omnino exercenda.*

*Atq; hic est vius casus, in quo statua eius qui
damna tur pro hoc crimen, producitur in publicam
actionem, & curie seculari traditur. alios addo in-
fra in hac 3. parte super q. 43.*

*Q[uod]uis im-
ago absentis sentis statua cōbusta sit, & ille postea viuus, siue
sit cōbusta sponte, siue vi cōprehensus est, audiendus est tamen:
si cōpareat, nulla enim tēporis p̄finitione à causae defensione
adidicētur. submoneri debet. l. annus. ff. de requiren. reis, tradit.
optime Simancas de cat ho. inst. tit. 2. nu. 20. & in*

A Enchyrid. violatē religionis tit. 45. nu. 16. & si mi-
sericordiam petierit, admittendus erit ad Ecclesiæ
gremium, nisi fuerit relapsus: acerbissimē tamen po-
niendus est propter contumaciam, quamquam tunc
lenienda pænitentia erit, & rigor detrahendum:
cum sp̄tē ad agnoscendam culpam suam accesserit,
aut impedimenta verisimiliter probauerit, quo mi-
nus in tempore accidere poruerit.

*Atq; ex his remanent iudicio nostrō satis decla-
rata est, que pertinet ad ordinādos, & absoluendos
quoslibet processus, qui fieri possunt aduersus quoslibet
que huius criminis reos, viuentes tamen: nā qua ra-
tione is processus sit ordinandus, qui cōtra mortuos
cōcipitur in hoc crimen, quod morte non exting-
tur, non docuit Eymericus, idq; propterea vt credo,
quoniam ex dictis, vt difficulter poterat colligendis
eadē ferē (paucis tamē mutatis) sit series, & textu
ra. Ceterum ne quid in hac causa omissum esse vide-
tur, & modum instituendi processum cōtra mortuos
huius criminis reos, & formulas pronuntiandæ so-
tentia, damnatio, & que defunctorum memoriæ iuxta
canonica instituta trademus copiose infra super q.
43. vbi de potestate Inquisitorum procedendi cons-
defunctiones differit Eymericus.*

IN QVÆSTIONES CENTVM, ET TRIGINTA,

super practica officij Inquisitionis obseruatio.

Absoluta praxi, non adhuc omnino fuit absoluendum opus, nam
cum ingentes interdum difficultates in hoc negotio oriuntur,
quibus nondū erat satisfactū: ob id Eymericus ne quid imper-
fectum, aut parū explicatum reliquissē videretur in toto Inqui-
sitionis negotio: nunc in fine huius operis centum triginta quæstionibus
propositis vniuersas fermē difficultates, que in titulis de hereticis continen-
tur, declarat, pressius tamen, & obscurius interdum quam fieri debuerit: led
nos nihil omittimus (nisi fallor) parum explicatum: & quamquam singu-
la ferē quæstiones tractatum integrum postularent, nihilominus maiori
breuitate, quam sit credibile, cuncta huc spectantia, complexi sumus.

QVÆSTIONES CENTVM TRIGINTA.

SUPER PRACTICA OFFICII INQUISITIONIS,
eidem officio congruentes.

QVÆSTIO PRIMA.

De conditione Inquisitoris.

IRLIMA quæstio est: Inquisitor hereticorum prauitatis, cuius debet esse
conditions.

Respondemus, quod Inquisitor
debet esse conueratione honestus,

prudētia circumspexus, constantia firmus, la-
cra doctrina fidei eminenter eruditus, & virtu-
tibus circumflexus. Ita habetur supra parte 2. in
litteris Urbani iiiij. & Clementis iiij. ad Inqui-
sitiones generaliter. Prae cūctis. & infr. Proutidimus pag.
igitur ibidē ad p̄cēs personas aliquas circuſpe-
ctas, p tanto negotio deputari, quarū honesta co-
ueratio exēplum tribuat puritatis, & doctrinā
fundat erudita labia salutare, vt sacro ipsarū mis-
sericordia

stero præfatae partes ab huiusmodi contagio ex-
purgentur. Et infra quatenus in charitate Dei, ho-
morum timore postposito, virtutem Spiritus in-
duentes ex alto, prædictum officium, &c.

C O M M E N T . L.

Duo sunt genera iudicium in causa fidei, Ordinarij, ut summus Romanus Pontifex, & Episcopi locorum qui cum ordinantur, seu consecratur, in diuino in hereticos accipiunt potestatem, & iu-
risdictionem, ut optime scribit Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 1. Simancas de catho. inst. tit. 25. num. 3. & tit. 34. & Albertinus tract. de agnos. as-
serit q. 11. nu. 11.

Alij sunt iudicis delegati, quibus a sede Aposto-
lica hoc munus iudicandi hereticos in specie datum
est quos iura, Inquisitores, vocant: que appellatio
vulgaris etiam facta est, cum vulgus quoque ita ap-
pelleret. Eymericus tum in hac summa in sequentiis que-
stionibus de his postremis potissimum loquitur, qua-
nis de egeris etiam agat, cum se offert occasio.

Ac de his quidem inquisitorib. delegatis multa
multi tradunt. Repertorum Inquisitoru. Locatus in
opere judiciali, Bernardus Comensis in Lucerna, &
Tiburtius in sienna, verbo, Inquisitor. Simancas de
catho. inst. tit. 34. idem in encydr. tit. 7. Ioan. Re-
cas in singularibus fidei, singulari 94. 95. & seq. &
deleganter Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 1. &
dij passim, qui cum de qualitate Inquisitorum disser-
nit, quantum ad hunc Eymericus locum illustrandus
pellat, eadem penitus tradidit; licet mutatis verbis:
que tamen omnia hoc loco ab Eymericis breuiter re-
censentur. quibus adiunge Campegium apud Zanchi
man tract. de heret. in prefatione verbo, circa.

a Prudentia circumspctus.] In omnibus iudici-
bus prudentia virtus penitus requiritur; sed maxi-
me desideratur in Inquisitoribus heretice prauita-
tisum plus imma sint in hac causa, qua prudentie po-
tius quam legum regulis debeant expediti. hic vero
de prudentia Inquisitoris locum abunde tractat Si-
mancas de catho. inst. tit. 34. nu. 10. quem videto.

b] Sacra doctrina fidei eminenter eruditus.] vox
Sacra, deest in Bononiensi & Sabellano, quam ha-
ben Barcioneñis & codex Cardinalis de Gabara.
sed sine deſtit. ſine adiſt per doctrinam fidei vere &
proprie theologis cognitionem accipere debemus: iu-
nius prudentia enim non dicitur fidei doctrina.

Vnde videatur sentire Eymericus, Inquisitores
theologos potius quam iurisperitos esse eligendos: et ita
plane contendit Melchior Canus theologus & ipse no-
vularis lib. 8. c. 7. de locis theologicis. vers. que cu-
ia sint. & videtur etiam velle Conradus Brunus li-
b. 4. de heret. ca. 1. quibus facit doctrina illustrissimi
Cardinalis Caetani apud beatum Thomam 2. 2. q. 185.
art. 2. & Augustini de Ancona in summa de po-
testate ecclesiastica q. 3. art. 5. afferentum omni tpe
theologum iurisperito, ut Episcopus fiat, esse prefe-
rendum. manifestum est autem in hac causa animad-
vertend: in hereticos, Inquisitores in locum Episco-
porum substitui: eligendi utaque uidentur theologi.
Quod si queras, an Inquisitor heretice prauitatis
debet necessario esse sacerdos, Respondeatur quod no-

A licet contrarium velit Franciscus Aretinus conf. 58.
incipit. Dilectus noster u. o. acij. Resiat igitur. nec na-
det ratio Aretini quia Inquisitor absolutus reden-
tes, sed non in foro penitentia.

Simancas tamen de carbo. inst. tit. 41. nu. 3. iuris
peritos esse eligendos reliquias theologis contendit. nec
desunt grauiſſimae rationes pro utraque parte, quas
Studio breuitatis consulto mitto.

Verum tamē hoc est certum, quod solus theologus
aut solus iurisperitus non facile dirimet hanc litem,
cum quisque causam suam tueatur, & pro se senten-
tiam dicat.

Ego ita sentio, si fieri posset, is effet eligendus in
quilibet omnino qui utraque studia & theologie,
& utriusque iuris coluerit; in minus, ritus cuius-
nisi prouincia obseruetur: tamen si enim maiori ex
parte in Italias inquisitores Apostolici delegati,
theologi elegantur; non propterea cause fidei tractā-
tur in me, aut contra iuris regulas.

Hoc tamē effe debet exploratum, inquisitores in
primis diuinarum litterarum & sacrorum canonū
peritos esse debere, ut graniter et vere docet Conra-
dus Brunus lib. 4. de heret. c. 1. & Campegius apud
Zanchium in præfatione, verbo, circa.

Illud acuungam, consultissimum mibi videri, ut
illis ciuitatibus, in quib. duo sunt Inquisitores, unus
eligatur probatissimus & doctissimus theologus
alii constituantur iurisconsultissimus & canonum
peritissimus: gracia enim sunt fidei negotia, & res,
quas tractant, magna; & propterea per indices in
tegerrimos & doctissimos esse peragenda.

Q V A S T I O . II.

De ætate Inquisitoris.

Secunda quæſtio est: Inquisitor cuius de-
bet esse ætatis?

R espondemus, quod quadraginta
annorum sic, quod incœperit quadra-
gesimum annum. Ita habetur in c. Nolentes. de
heret. in clemen. vbi sic dicitur: Nolentes splen-
dorem solitum negotij fidei per actus indiscretos 113
& improbos quorumvis inquisitorum heretice
prauitatis quasi tenebroſi fumi caligine obscurari,
hoc facto concilio approbante, statuimus nul-
lis ex nunc, nisi qui quadragesimum ætatis annū
attigerint, oīcum inquisitionis praedictæ com-
mitti inquisitoribus. Hæc etiam ætas requiritur
in inquisitorum commissarijs, ut dicit Ioan. And.
in glo. super c. allegato.

C O M M E N T . II.

Respondemus, quod quadraginta annorum,
c. c.] Atque in hac ætate nihil adhuc immu-
tatum iuuenio, licet in Commissarijs Inquisitorum
triginta anni sufficiant, ut dicemus paulo post super
quæſt. 16.

Simancas de catho. inst. titu. 34. nume. 12. ge-
nerali decreto Pontificis maximis constitutum di-
cit, ut qui tricesimum annum attigerit, in Hispania
Inquisitor esse possit. id decretum nondū vidimus,

Inquisitor
theologus &
iurisperitus
simil eligen-
dus.

Ll 4 nec